52 Oſſicula omnia, quae manum dextram hominis conſtituunt, una cum octo oſſiculis Carpi, duobus oſſiculis ſeſamoïdeis, atque ulnae ac radii extremis anterioribus cum Carpo articulatis.

53 Manus dextrae hominis omnia oſſicula, una cum octo Oſſiculis Carpi & Ulnae ac radii extremis anterioribus.

54 Partes aliquot Unguis Pollicis pedis, quarum aliae ſponte deciderunt, una ſerra reſecta eſt. Sutoris ſunt, cui unguis quotannis in eam longitudinem craſſitiemque augeri conſueverat, ut ſerra reſecari deberet. Vides incrementum per lamellas convexas ſe mutuo excipientes, & velut undatim protrudentes factum.

55 Infans ſequioris Sexus Balſamo conditus, omnibus muſculis univerſi corporis ſeparatis, multoque labore ita diſtinctis exſiccatisque, ut univerſa fere myologia in eo demonſtrari poſſit.

56

56 Duodecim Coſtae oſſeae, muſculis ſuis intercoſtalibus firmatae, arteriis arte Ruyſchii repletis, ex Infante recens nato. Vid. Fr. Ruyſch Catal. p. 85. n. 15.

57 Portio muſculi Gaſtrocnemii hominis, vaſis cera rubra repletis. Videre heic licet, materiam ceraceam ex ultimis arteriolarum finibus in carnem muſculi effluxiſſe, huicque ruborem ſaturatum conciliaſſe. Ibid. p. 43. n. 112.

58 Pericranium hominis arte Ruyſchiana optime repletum, vaſis magno numero conſpicuis undequaque rubens. Vid. ibid. p. 78. n. 13.

59 Thymus Glandula, ex foetu nondum nato biſectus, per arteriam repletus, adhærente Pericardii portione itidem injectis rubro arteriis valde colorata, parvasque ſparſim glandulas exhibente. Ibid. p. 22. n. 156.

60 Cor & Pulmones Foetus Humani. Acicula infixa notat auriculam dextram, Spina vero ſiniſtram. Praep. Ruyſch. ibid. p. 106. n. 67.

61 Cor Hominis cera repletum, ventriculis, auriculis, ſinubus, vaſisque majoribus arterioſis & venoſis ejus turgentibus ac conſpicuis.

62 Arcus Aortae quatuor ramis furſum protenſis conſpicuus.

63 Pars Arteriae Aortae Hominis decrepiti, qua ad lumbos in Iliacas diſpeſcitur, haeque in internum & externum ſingulae ramum abeunt, oſſeis maſſulis ſparſim conſita. Patere heic poteſt degenerationem iſtam interna arteriarum ſede, quam externa, magis obtinere; quum tunicae exteriores magna parte deglupt ae ſint reſiduis tamen particulis oſſeis. Quin conſtat etiam non ingenti adeo tractu ſimul oſſeſcere partes molles, ſed eodem, ut in naturali oſſificatione, modo, ſparſim, perque puncta inter ſe diſtantia, indurationem incipi ac propagari. Adde, nec ipſam tunicarum materiem in os mutatam apparere, ſed oſſeas glebulas novas ibi generatas conſitasque cerni.

64 Syſtema Vaſorum Foetus nondum nati ante uſum reſpirationis. Patet primo Tubulus arterioſus ex arteria Pulmonali in Aortam protenſus infra hujus arcum. Vena etiam umbilicalis conſpicitur, uti ex umbilico verſus venam portarum adſcendens ramulum, inde ad cavam porrigit. Ortus inſuper arteriarum umbilicalium eluceſcit, quae juxta latera Veſicae recurvatae, una cum uracho ad umbilicum tendunt.

65 Laryngis hominis cartilago Scutiformis magnam partem oſſea; tum os hyoides cornubus ſuis ad proceſſus ſuperiores cartilaginis ſcutiformis, ope ligamentorum, adligatum. Ligamentum quodvis glebula oſſea tumet. Exeunt

de Oſſis hyoïdis commiſſuris baſin & cornua jungentibus ligamenta ad proceſſus Styliformes, maximam partem oſſea.

66 Larynx hominis, una cum parte Asperae arteriae, atque oſſe Hyoide. Laryngis cartilagines maximam partem in os induruerunt. Epiglottis ſuo ligamento ad Oſſis Hyoidis baſin adfixa cernitur. Relictus eſt unus ex Hyothyroïdeis musculis. Oſſis Hyoidis cornua ſuis ligamentis ad proceſſus cartilaginis ſcutiformis adnexa ſunt.

67 Particula Pulmonis Humani ab Abr. Kauw arte Ruyſchiana repleta.

68 Portio inteſtini Duodeni, qua id e ventriculo ortum Pyloro committitur. Annulus Pylori pulchre conſpicitur. Alteri ejus extremo adhaeret Cyſtis fellea per Ductum Choledochum, cujus ex hepatico & cyſtico ductibus angulo acuto coëuntibus origo atque in duodenum inſertio patet. Oſſa rubra cera repleta.

69 Inteſtini Jejuni hominis pars per arteriam repleta ex Praep. Ruyſch. Cat. p. 96. n. 17.

70 Portio Inteſtini Ilei hominis nitidiſſime per arteriam repleta. Praep. Ruyſch. Ibid. p. 96. n. 21.

71 Inteſtinum Ileon hominis adulti, arte Ruyſchiana repletum. In eo conſpicitur praeterea partis intus-ſuſceptio ſ. volvulus, qua paries diſſectus intro ſpectare ſinit. Ex Praep. Ruyſch. Ibid. p. 53. n. 75.

72 Ilei humani pars ſicca, inflata, ſuo meſenterio haerens, a N. Lieberkühn arte inimitabili repleta, arteriis rubra, venis viridi cera injectis ad minima usque, ut ſtupeas luci obverſum objectum atque videas, quo modo ex meſenterio ad inteſtinum tendens duplex vaſorum ſeries, ſuperior & inferior, parte inteſtini averſa miris anaſtomoſibus coeat.

73 Principium inteſtinorum craſſorum hominis atque finis tenuium, qua Ilium in Coeco terminatur, arteriis cera rubra repletis. Conſpicitur Valvula Bauhini cum appendicula Vermiformi e coeco porrecta.

74 Meſenterii hominis portio, repletis arteriis ſuos arcus monſtrantibus, conſpicuis etiam ſparſim maſſulis glanduloſis. Ex Praepar. Ruyſch. ibid. p. 38. n. 84.

75 Meſocoli humani portio per arterias injecta. Praep. Ruyſch. Ibid. p. 96. n. 14.

76 Ren dimidius hominis per arteriam repletus, optimae notae. Ex Praeparatis Ruyſchii Ibid. p. 85. n. 16.

77 Semi Ren Hominis per arteriam feliciſſime ab ipſo Ruyſchio repletus. Ibid. p. 102. n. 84.

78 Syſtema Vaſorum Renis Humani Arterioſorum, ſingulari artificio a N. Lieberkühn argento fuſo expreſſum, ut vaſcula etiam tenuiora elegantiſſime pateant.

79 Veſica Urinaria Infantis, urachum amboſque ureteres ſiccos monſtrans. In altero Uretere calculus ſat grandis haeret ex pelvi Renum eo detruſus, anguſtiis ureteris impeditus.

80 Penis Hominis, oſſi pubis etiamnum adhaerens, inflatione corporum Spongioſorum erectus, urethra ſuum bulbum, ac corpus ſuum ſpongioſum, quaque ratione id in glandem ampliatur monſtrante, atque in ſede inferiore glandis ad frenulum aperta.

81 Ciſtula Cl. Defuncto una cum contentis dono miſſa ab incomparabili Anatomico, Amico & diſcipulo quondam ſuo Nathanaele Lieberkühn, eximio Medico Berolinienſi. Continet autem Objecta Anatomici generis, materie colorata in vaſis ſuis impleta, artificio vix imitabili, quo ſibi parem non habuit. Sunt autem ſingula ſuis incluſa capſulis manubriolo inſtructis, infra quas praeter objectum, habetur & lens microſcopica, & ſpeculum argenteum, concavum, politiſſimum, cavo ſuo objectum reſpiciens, radioſque luminis per vitrum oppoſitam capſulae cylindriacae aperturam claudens incidentes reflectens verſus objectum cum convergentia in focos lucidiſſimos. Sic & objectum ab omni aëris & contrectationum injuria ſartum perpetuo tectumque conſervatur. & toto apparatu ita compoſitum eſt, ut nullo negotio ad contemplationem in promptu habeatur.

En, quae de miſſis ad Cl. Defunctum ſcripſit d. 21. Febr. 1743. Schedula adjecta in ciſtella docet.

No. 13. Tunicae Villoſae facies interna, ubi vaſa villorum optime quidem impleta ſunt: aſt de materie nihil in lacte ampullata penetravit.

No 14. Fruſtulum de Pulmone humano optimo ſucceſſu impleto, inflato & ſiccato. Examines Cavernularum cellularumque parietes omni cura, focoque vitri ſingulas adaptes. Videbis omne, quod primo intuitu pictum modo apparet, eſſe vaſorum ſubtiliſſimorum retia.

No. 15. Tracheae humanae portiuncula: foramina, quae numeroſa cernuntur, ſunt exitus ductuum excretoriorum glandularum extra tracheam ſitarum.

No. 16. Fruſtulum de Pulmone Teſtudinis, ubi vaſorum retia inter arterias & venas cernuntur.

PRÆPARATA ANATOMICA SPIRITU SERVATA.

82 Caput pueri ſex annorum ab ipſo Ruyſchio per arterias tam dextre ac feliciter materie rubra repletum, ut vivere ac valere putares. Genae, naſus, labia, roſeo colore ac ſucculenta ſine rugis aut collapſu turgiditate vigorem ſane vitae loquuntur. Pars Cranii ſumma reſecta eſt, ut in baſi tum dura meninx, tum vaſa ſanguinea repleta, encephalo ablato compareant. Ex optimis Ruyſchii praeparatis Catal. p. 29. No. 22.

83 Pars Plantae Pedis Humani, cujus arteriae arte Ruyſchiana cera rubra repletae ſunt ad cutim usque: detracta Epidermis monſtrat corpus reticulatum Malpighii & Papillas cutaneas. Ex Muſeo Ruyſchii.

84 Portio Piae matris Cerebri Humani ab ipſo Ruyſchio feliciſſime per arterias materie ceracea rubra repleta. Vid. Ruyſch. Catalogus poſthumus p. 63. No. 33.

85 Portio ſimilis Piae Matris Cerebri Humani ab eodem Ruyſchio injecta, ramulo juniperi Goënſis adhaerens. Ex Muſeo Ruyſchii,

86 Segmentum Piae Matris, cui adhaeret particula ſubſtantiae cerebri Corticalis, arteriolas exhibens, a Lieberkühnio feliciſſime atque in ipſum usque corticem repletas.

87 Segmentum Cerebri Humani ab eodem Lieberkühnio tam dextre repletum, ut arteriolae tum in cortice tum in medulla conſpicuae ſint.

88 Febrillae ſubtiliſſimae, tela aranei tenuiores, in quas caro Cordis muſculoſa arte diviſa eſt: neque ad majorem ſubtilitatem dexteritas humana diviſionem videtur perducere poſſe.

89 Oculi Humani Tunica Retina dicta, nervo optico adhaerens, arte Lieberkühnii ita praeparata, ut lamellae ejus vaſculoſae canaliculi quam repletiſſimi ſint.

90 Cor Hominis quinquagenarii Polypo obſeſſum. Homo iſte ſaniſſimus ante, quum in furto deprenſus verberibus dorſo inflictis oneratus, his ipſis atque terrore ſummopere perculſus domum rediiſſet, paulo poſt de Cordis palpitationibus ac reſpiratione difficili conqueſtus, incaſſum adhibitis remediis aliquot poſt diebus mortuus ſecanti exhibuit Cor dextrum praeter modum tumens, partim in aure ſua concrementis polypoſis ad lacertos auriculae adfixis conſpicuum, partim ex ſimili polypo ab inferiore & poſteriore ſede valvulae tricuſpidalis orto, ac in arteriam pulmonalem libere protenſo impeditum: inde autem

tem ob ſanguinis in ventriculum cordis dextrum & arteriam Pulmonalem tranſitum minus facilem evenerat, ut converſo in foramen ovale impetu per id ſibi viam facere ſanguis inceperit.

91 Membranae ſpecies, quae ex ſanguine vena ſecta educto conquaſſato, dein aqua ad albedinem usque eluto concrevit: vocant Pſeudomembranam Ruyſchii. Adhaeret foliis Ramuli Rosmarini. Ex Muſeo Ruyſchii.

92 Portio ventriculi puellae ingeſto clanculum arſenico, poſt diriſſima ſymptomata, miſere enectae. Vides teterrimam ab acerrimo veneno factam eroſionem, ut nihil ordinati amplius in ventriculi tunicis diſtinguere poſſis. Eſt haec portio ex Muſeo F. Ruyſchii, poſt obitum ejus anno 1731. publica auctione diſtracto. Puellam Ruyſchius ex mandato tribunalis juridici Amſtelaedamenſis a morte examinaverat, exemtumque ventriculum, in plures partes ſectum, pluribus lagenulis ſpiritu repletis conſervaverat. Vid. F. Ruysch Catalogus van Anatomiſche Bereidingen pag. 88. n. 73. 77.

93 Ventriculi pars, quae prope Pylorum eſt, tumore horrendo fungoſo-cancroſo, exulcerato infeſtata. Huic homini, qui pannis tondendis victum lucratus ingenti forfice, cujus ad id negotium uſus eſt, forſan hypochondrium dextrum a longo tempore rudius compreſſerat, natus ventriculi dolor anteriore dextra abdominis ſede, qua fere hepar ſupra ventriculum ſe protendit. Multa a multis Emetica, Purgantia, Stomachica, omnia fere acria ac validiſſime moventia, adhibita ſunt remedia eo eventu, ut malum contra acerbaretur, nec deglutiri quidquam fere amplius poſſet, quin poſt brevem in ventriculo moram, ſumınosque excitatos dolores, revomeretur. Cadaver exhibuit ventriculi partem ſiniſtram, quae oeſophago ſubjacet duplo, quam naturaliter auctiorem, dextram vero, qua in pylorum abit, immani fungo cancroſo, exulcerato anguſtatam. Omnis vicinia induruerat, & Colon inteſtinum, qua ſub ea ventriculi regione decurrit, cum adfectis hujus tunicis firmiſſime coaluerat, ut examinanti patet.

94 Portio Inteſtini Ilei hominis a N. Lieberkühn arte mirabili praeparata. Arteriae rubra, venae viridi materie repletae: tunicae dein a ſe mutuo ſeparatae: *Villoſa* infima, lanugine ad ultima usque repletiſſima ſpectabilis, ut patet villos vaſculoſiſſimos eſſe: in ea & tubercula cernuntur opaciora, glandulas vocant Peyeri. *Vaſculoſa* media textum Vaſorum utriusque generis mirabile refert. *Muſculoſa* ſuperior fibris conſpicua transverſis, vaſculis quoque intertexta: diceres fibras muſculares ipſas materie rubra turgere.

104 Ovum humanum foetum ſuum perminutum, funiculo umbilicali adligatum, continens placenta extrinſecus emergente conſpicuum, ceterum membranis ampliſſimis ſacciforme: incertum qua ſit aetate.

105 ——————— a Femina, duos menſes gravida viſa, abortu excuſſum: externa ſuperficies tota villis hiſpida eſt, qui tamen villi & denſius in carneam quaſi maſſam compacti & magis ſanguine ſuffuſo apparent in parte ſuperiore, qua forte Placenta potiſſimum deinceps fuiſſet naſcitura. Foetus pro capacitate ſui ovi minor. Intra cavum ovi particula albidior eminet, duriuſcula, calculum velut referens.

106 ——————— a muliere, cui menſes tertio jam menſe ſubſtiterant, ſub ingenti haemorrhagia uterina excuſſum, integrum, maxima parte externae ſuae ſuperficiei villis vaſculoſis, praelongis, egerminantibus, nondum tamen media celluloſa ſubſtantia inter ſe concretis, ſed liberis, lanuginoſum. Liquor eo contentus nequaquam igne concreſcebat, etiamſi ſerum referret. Aperto ſacculo Foetus prodibat ſuo de Funiculo pendens, vix forte bimeſtris, abdomen adhuc apertum monſtrans.

107 ——————— quod Femina a quinque menſibus gravida viſa, ſummo terrore perculſa poſt levem haemorrhagiam uteri, multosque partus dolores excuſſit, abdomine tamen nequaquam detumeſcente: ut ideo viſum fuerit forte ſuperfoetatam fuiſſe, foetumque poſteriorem abortu perdidiſſe, gravidam autem permanſiſſe. Eſt certe hic foetus, ſi molem contempleris, vix 5 vel 6 hebdomadum, integerrimus tamen, pinguiculus, ſecundinae itidem incorruptae: ut vix credibile ſit, diu ante abortum obiiſſe aut longo tempore mortuum in utero reſtitiſſe. Perquam ſingulare heic illud eſt, quod placenta tam magna craſſaque ſit, foetu tam parvo.

108 ——————— incertae aetatis, foetum ſuum ex umbilicali funiculo pendulum monſtrans, pariete ſacci toto carneo.

109 Foetus humanus ſemeſtris ſuae placentae per Funiculum umbilicalem etiamnum adhaerens, abortu excuſſus, poſtquam aliquamdiu ante in utero mortuus jam corrumpi coeperat.

110 ——————— menſis unius, extra ſecundinas ſuas, artubus ſingulari modo contortis capite ingenti, encephalo praeprimis grandiore conſpicuus, tum & ventre valde tumido, ceterum fuſcus toto corpore.

111 ——————— nitidus, albus, ſed macilentior, ceterum integer, incertae aetatis, abortu excuſſus, funiculo umbilicali propendente.

112 Foetus humanus, maſculus, priore paulo grandior, totus fuſcus, facie Æthiopis, integer, Partem etiam funiculi umbilicalis adhuc propendulam monſtrans, artubus complicatis tamquam in utero collocatus.

113 ———— nitidiſſimus, albus, integer, at emaciatus, funiculo umbilicali propendente & epidermide hinc inde ſeparata.

114 Oſſa Tibiae, Fibulae, tum pars oſſis Femoris, Cartilagines & Phalangae aliquot digitorum Pedis ex infante, quae arte Lieberkühnii ita repleta ſunt, ut & arteriae interoſſeae, medullares, & quae per Cartilagines diſtribuuntur, elegantiſſimo ſpectaculo compareant.

115 Materies albiſſima ſubcoeruleſcens, ſubpellucens, in vermiformem, veluti funiculum, quam longiſſimum, figurata, quam matrona 55 annorum, nato teneſmo, ano excrevit ſolam abſque feculenta materie, aut mixta, aut paulo ante vel poſt excreta. Illa plurium liberorum mater formicatione hyſtericae, ſpaſmodicae, periodicae, quam Cl. Defunctus in ſua Pathologia inter pruritus deſcripſit, a juventute obnoxia, etiam fluxum haemorrhoidalem, maxime ex quo menſtrua deſierunt, quandoque paſſa, ceterum ſat bene valenti, antequam eam materiem excrevit non niſi internum dolorem in haemorrhoidibus vix tamen momentoſum, perceperat. Videtur eſſe materies haemorrhoidum alba. An pituita vitrea Praxagorae? Sed vitreus ſplendor & pelluciditas, cum recens excreta fuit, aberat. Examen docuit, mucum eſſe humani corporis, qualis in ſero eſt, & qualem fibra ſanguinis habet. Etenim amethyſtino colore, ſolvitur a ſpiritu ſalis. Per plures annos in dilutiore Vini Spiritu ſervatus formam vermiformem retinuit, tandem autem deliquit.

116 Taenia longiſſima, minoris latitudinis, quam ſequens una cum ſegmentis planis, quae velut Taeniae articuli ſunt, ab quadem femina excreta.

117 Lumbricus latus, ſive Taenia praelonga, ab eadem foemina excretus: latior ſpecies.

118 Segmenta Vermium forma & magnitudine diverſa, quae per vices ano excreta ſunt a puella tredecim annorum, quae ipſa nonnunquam & fragmenta taeniae ſolebat excernere: an ſunt Cucurbitini, qui concatenati taeniam faciunt?

PRAE-

PRAEPARATA ANATOMICA ANIMALIUM ET VEGETABILIUM SICCA.

119 Calvaria Vulpeculae cum dentibus ſiccis, & maxilla inferiore.

120 Canis Carchariae Rictus, conſtans utraque maxilla ligamentis adhuc cohaerente. Dentium autem ſeries in utraque conſpicuae ſunt plurimae: Dentes ſimillimi Gloſſopetris perperam vocatis, ſerrati, triangulares alii extantes, plurimi tamen introrſum recurvi.

121 Teſta cornea, flaveſcens, Canis Carchariae, cum ſuis ligulis: Caniculam vocant. Ex Muſ. Ruysch.

122 Oſſa manus & anterioris brachii Sirenis aut alterius cujusdam animalis marini. Ulna, radius, Carpi oſſa & metacarpi, tum quae ad digitos pertinent, ſuis etiamnum ligamentis cohaerentia cernuntur.

123 Cyſtis fellea Vituli duplex, majori altera minore adhaerente: ſingulari quaelibet ſuo gaudet ductu, ut monſtrant immiſſae feſtucae.

124 Pars Splenis Vitulini, cujus arteriae cera rubra repletae, parenchyma autem aëre inflatum, ſua etiamnum tunica firmatum, materiem fibroſam ramulis arteriarum interfuſam, monſtrat.

125 Splenis Vitulini pars, per arteriam repleta artificio Ruyſchii. ablatis Tunicis, filamentoſam monſtrans materiam arteriis adfuſam, non adeo ex cellulis, aſt ex fibris, conſtantem. Vid. Cat. Ruysch p. 4. n. 23.

126 Segmen Splenis bovilli, aëre repleti, ſiccati; arteriae ex parte rubra cera repletae. Fibrae ſatis rudes magisque diſſitae, ſpatiola ampliora ac areolas intercipiunt, quam in Splene vitulino. Ibid. p. 35. n. 60.

127 Segmentum Inteſtini Ovilli. Repletio a Ruyſchio facta per arteriam.

128 ——— transverſum Penis, Balaenae, ſpongioſa ſua corpora, qualia in Homine ſunt, monſtrans, urethra pro magnitudine animalis perexigua, tegumentis corneam fere duritiem & transparentiam prae ſe ferentibus. Ex Muſ. Ruysch. Vid. Cat. p. 10 n. 66.

129 Oſſiculum Penis animalis maximi e genere cetaceo, conicum baſi recurva. van de Walrus.

130 Penis exſiccatus Canis Carchariae.

131 Segmentum ligni arboris Camphoriferae Sumatranae, in cujus interſtitiis videas nativam Camphoram concretam puriſſimam. Vid. Adverſaria Cl. Defuncti.

132 Sceleti XIII. foliorum plantarum indigenarum elegantiſſimi.

133 Sceleta Foliorum Plantarum Indicarum diverſarum nitide elaborata, inter folia chartae alba repoſitae.

134 Sceleti tres Campanulae quinque locularibus capſulis, calycis ſinubus reflexis tectis. Van Roy. Prodr. pag. 245.

135 Sceleta Foliorum diverſarum Plantarum affabre facta, inter folia libelli ex charta coerulea parati repoſita.

136 Aliquot Calyces fructus Alkekengi ab inſectis in Sceletos redacti, bacculis aliquot adhuc gravidi.

LIQUORE SERVATA.

137 Segmentum integumentorum Balaenae, quo conſpicitur corpus teſticulare Malpighii digiti minimi craſſitie, colore ex albo & nigricante vario, huicque adnata longe tenuior Epidermis tota albida. Subtus eſt

Placenta uterina abortus humani, ſolum monſtrans ſuperſtitem Funiculum Umbilicalem Foetu abrupto.

138 Reticulum vel Corpus reticulare Malpighianum Balaenae, inſignis craſſitiei, totum albidum, epidermide nudatum cutis ſegmento adhaerens ex vicinia uberum depromptum. Subtus jacent.

Segmentum Epidermidis humanae aliqua parte Reticulum Malpighianum adhuc gerentis, ut inſignis diſcrepantia craſſitiei hujus atque ſuperioris reticuli animadverti poſſit.

139 Partes aliquot Oculi Balaenae. Cornea primum atque huic intus adhaerens etiamnum uvea cum ſua pupilla atque fibris radiatis pupillam ambientibus.

Pars dein poſterior Scleroticae, quae & duriſſima & mira craſſa eſt, in craſſitudine ſua quatuor oſtendens foramina, per quae vaſa decurrunt, intus etiam in baſis ſuae cavo multum perforata: foris ad Baſin nervi optici introitus conſpicitur.

In fundo vitri Lens cryſtallina ejusdem Oculi jacet, pro univerſi Oculi magnitudine ſane exigua.

140 Oculi Balaenae pars anterior, cornea nempe, cujus ſedi internae adfixa etiamnum Uvea eſt cum ſua pupilla ac ligamentis ciliaribus. Videre licet adnatam ad corneae usque centrum, ut conſtet eam in iſto animali Corneam quoque veſtire.

In fundo Vitri Lens cryſtallina ejusdem Oculi biſecta jacet.

141 Nonnullae partes Oculi Balaenae: Sclerotica craſſiſſima, perquam dura, poſtica ſede Nervum Opticum admittens, cavo ſuo & choroideam tunicam, nigram, qua ſcleroticae adhae-

adhaeret, interna facie albo-caeruleſcentem, & intra hanc retinam tenerrimam oſtendens. Supra eſt Choroidea tota majoris Balaenae oculi, in multas laminas fiſſilis, intus albida, medio perforata pro tranſitu nervi optici. Subtus jacet retina ejusdem choroidea complicata.

142 Tres Papillae Uberum Balaenae, detracta pelle lanuginem ſuam, quae papillae nerveae Ruyſchi, monſtrantes.

143 Particula Tunicae interioris papilloſae Oeſophagi Teſtudinis grandioris. Papillae ingentes, acuminatae, prorſus iis ſimiles ſunt, quae internam regionem buccarum & radicem linguae Boum veſtiunt. Ex Muſeo Ruyſchii.

144 Chorion ovillum una cum Cotyledonibus ſuis ſtupendo artificio a Lieberkühnio injectum, ut venae caerulea, arteriae rubra materie turgeant, & cotyledonum lanugo vaſculoſa tenerrima itidem utroque colore repleta ſit. Forſan feliciſſimae injectiones nunquam ad ſubtiliora vaſcula penetrarunt.

145 Pullus Columbinus ante pleniſſimam maturitatem de ovo ſuo exemtus, abdomine nondum clauſo, e quo Vitellus membranulis ſuis incluſus deinceps intra ventrem ſuſcipiendus, propendet.

146 Oviculum teſta etiamnum membranacea, veſtitum, quod intra ovum majus Gallinaceum concluſum reperi. Vid. *Hiſt. de l'Acad. Royal des Sciences* 1742. Ubi Petitus ſimile oviulum deſcribit.

147 Pullus, ut videtur, columbinus, quatuor pedibus inſtructus.

148 Monſtrum Catuli Felis, biceps; altero capite minore, cujus naſus & os in duo tubuloſa oſtiola circularia coacta ſunt.

149 ——— Pulli Gallinacei, biceps, corpore uno. Concreviſſe videntur duo Foetus.

150 ——— Felis, corpore & artubus unis, capite duplici, at ita concreto, ut inde ab oculis retrorſum unum ſit, oculi autem tres, duo externi, unus medius, naſus duplex, rictus tamen unus, inferiore maxilla ſimplice. Leidae partus eſt menſe Aprili, Anno 1749

150* Monſtroſus Catellus, capite uno, corpore & artubus geminatus.

151 Pyrum arte evolutum quo patet, quomodo vaſa ſuccoſa e petiolo in carnem & ſemina fructus exporrigantur. Accedit Gryllotalpa Mouſeti.

152 Prunum eadem arte praeparatum, ut contextus omnis vaſculoſus evolutus atque a pulpa liber conſpectu pateat.

153 Malum Perſicum ſimiliter praeparatum, lapillo etiamnum in medio haerente.

PRAE-

PRAEPARATA CHEMICA.

154 Extractum Piperis nigri.
155 —— —— Ligni Sasſafras.
156 —— —— Rutae.
157 —— —— Rosmarini.
158 —— —— Menthae.
159 —— —— Melisſae.
160 —— —— Donkermanni.
161 —— —— Esſentiae Croci.
162 —— —— Opii meth ſapon. parat.
163 —— —— Scamonei Boulduc.
164 Spiritus Salis volat. oleoſi.
165 —— ardens, araca dictus e lacte equino a Calmuccis paratus.
166 —— Seminis aniſi abſtractus.
167 —— menthae cohob. 5.
168 —— Cortic. aur. curasſ.
169 —— liliorum convallium.
170 —— cornu Cervini rectif.
171 —— ungular. equin. alcal. rectif.
172 —— Semin. Sinapis rectif.
173 —— alcal. volat. ſanguin. hum.
174 —— Sal volat. & oleoſ. corn. cerv.
175 —— aceti cum creta rectif.
176 —— —— fortisſ. cum creta paratus.
177 —— —— —— ex cryſt. aerug.
178 —— —— deſtillatus.
179 —— Salis Glauberi cum aqua.
180 —— —— —— ſine aqua.
181 —— —— Glauberi.
182 —— —— dilutus.
183 —— —— marini cum bolo.
184 —— nitri cum bolo.
185 —— —— fumans.
186 —— acidus ſalis ammon.
187 —— ſalis ammon. calcar.
188 —— Sulphur. per campanam.
189 —— frumenti rectific.
190 —— ardens ex aceto vini.
191 —— Salis dulcis.
192 —— nitri dulcis Glauberi.
193 —— impunis deſtillandus.
194 Tinctura ambriae Griſea.
195 —— —— radicis Ginſeng ex Penſylvania.

166 Tinctura ligni Santali rubri cum alcoh.
197 —— —— Laccae alcoholiſ. alcaliſ. Burh.
198 —— —— ligni Sasſafras alcohol.
199 —— —— Balſami Toletani.
200 —— —— Vitrioli martis Ludovici.
201 —— —— Bezoardicae, bis.
202 —— —— martis nigra ſtiptica Londin.
203 —— —— adſtringens cum aceto vini.
204 —— —— vitri antimon ex aceto vini parat. juxta Valent.
205 —— —— —— —— cum vino hiſpan. Huxham.
206 —— —— metallorum.
207 —— —— florum martial. cum alcoh. parat.
208 —— —— martis ex ſpirit. ſalis & alcoh. Londin.
209 —— —— ſcorior. antimon cum alcoh. vini.
210 —— —— veneris vel aes ſolutum.
211 —— —— —— —— in Spirit. Salis ammon.
212 —— —— Salis Tartar. helmont.
213 —— —— aloës ex ſpir. vini rectif.
214 Elixir Juniperinum.
215 Liquor Lithontripticus Looſii.
216 Aurum potabile.
217 Menſtruum Gerdingi ad extrahendas vires medic. plant.
218 Aqua fortis ſuper nitro rectif.
219 Acetum vini gelu denſatum.
220 Alcohol vini alcal. non deſtill.
221 — —— aceti.
222 Liquor pro praeparatis anatomicis.
223 Sublimat. Corroſ. albus.
224 Vernix ex balſamo albo & alcohole.
225 Liquor adonyn.
226 —— —— idem.
227 —— —— e vegetabil.
228 Phoſphorus liquidus Morini.
229 —— —— urinae.
230 Sal eſſent. arom. foeniculi, bis. } ex oleo.
231 — —— —— Lavendul. — }
232 — —— —— Sabinae. — }
233 — martis muriaticus.
234 — reſiduus ab evaporato liq. auri fulmin. per ſpirit. ſal. amm praecip.
235 — alcal. ex ciner. clavell. puriſſimum.
236 — —— ex nitro fixo.
237 — volat. ſuccin. ſublim. rectif., 1750
238 — —— —— rectif., 1764
239 — nat. urin. hum. depur. primae cryſt.

240 Sal. nat. urin. hum. depur. 2o. cryſt.
241 — urinae eſſentialis.
242 — nativus acetoſellae, 1740
243 — tartari vitriol. Tachenii.
244 — mirab. calcin. puriſſimus.
245 — ammon. ſecret. Glaub.
246 — polychr. calcin. albidior.
247 — amm. regen. ex alcali calcar.
248 — — ſublim. pars utraque.
249 — — regeneratus.
250 — — aqua de purat.
251 — Generat. ex ac. nitri & alcal. foſſil.
252 — commun. regener.
253 — febri fug. Sylvii.
254 — ſedat. H. cum acido ſalis parat.
255 — narcot. cum Spirit. nitr. parat.
256 — — ſublim. puriſſimus.
257 — — cryſtall. parat. cum oleo vitr.
258 — — cum alcoh. ſublim.
259 — ex ſublim. corroſ. & ſale ammon. compoſitus.
260 — cryſtallinus ſub arbore Dianae Marggrafii vegetatione natus.
261 — maris belgici cryſtallis magnis.
262 — gemmae cryſtallis.
263 — — ex Polonia.
264 — fontan. ex Anglia.
265 — Ebshamenſe.
266 — amarus ſeidlicenſis.
267 Nitrum vitriolatum.
268 — — idem.
269 — anodynum.
270 — fulminans.
271 — regeneratum.
272 — cubicum cryſtallinum.
273 — purum.
274 — murarium.
275 Alumen rubellum.
276 — album.
277 Tartarus ruber.
278 Cryſtalli tartari.
279 Liquor Tartar. regener. depur. concentr.
280 Terra foliata Tartari.
281 — — — cryſtall.
282 Tartarus vitriolatus.
283 — — tartariſatus.

284 Tartari cryſtalli rudes.
285 —— Tartariſ. leniter calcin.
286 —— —— cryſtallis.
287 Ceruſſa in bracteis.
288 —— rarior, ex per quam craſſis plumbi lamin. prorſus corroſis.
289 Flos ſtibii cum Nitro fixat. Helmont.
290 —— antim. ammon. ſuper. ablut.
291 Emeticum vitri antimon. ablutum.
292 Stibium diaphoret. ablutum.
293 Kermes minerale ſine fuſione.
294 —— Spir. vin. depur.
295 Sulphur auratum 3°. praecipit.
296 Bezoardicum minerale.
297 Panacea Solaris.
298 Tinctur. panaceae Solaris.
299 Cornu Cervi philoſoph. praepar.
300 —— —— uſtum.
301 Magiſter. lapid. cancr. alcalinum.
302 Antihecticum, bis detonatum.
303 Lapides aliquot pretioſi ſuper marmore levigati praeparat.
304 Trochiſci Rhazis.
305 Sapo Starkeyanus.
306 Butyrum cerae.
307 —— —— idem.
308 —— —— terebinthinae.
309 —— —— antimon. glaciale.
310 Balſamum diureticum.
311 —— —— Sasſafras.
312 —— —— Santali citrini.
313 —— —— ex felle bubulo.
314 —— —— Samaritanum.
315 —— —— Sulph. terebinth.
316 —— —— peruvianum.
317 —— —— canadenſe.
318 —— —— —— —— colophon. aq. rectif.
319 —— —— copaib.
320 —— —— idem.
321 —— —— de Gilead vel de mecha verum.
322 —— —— rakasſira.
323 Naphtha perſica ſubtilisſima.
324 —— —— rubra Italica.
325 Oleum Petrae deſtill. 1.
326 —— —— —— 2.
327 —— —— —— 3.

328 Oleum Palmae.
329 —— Vitrioli rectif.
330 —— —— idem.
331 —— —— glaciale nigrum.
332 —— calcis.
333 —— antimonii.
334 Flores Benzoës.
335 Reſina Scammonii.
336 —— radicis Gialap.
337 —— Cortic. peruv. No. 1.
338 Feculae radic. Bryoniae.
339 —— —— ari.
340 —— —— Raphan. ruſtic.
341 Gypſum.
342 Magneſia alba.
343 Arſenicum.
344 Bolus ruber.
345 Cinis osſium ſubtilisſimus.
346 *Poudre d'or.*
347 —— —— idem.
348 Creta a rectif. aceti reſidua.
349 Axungia viperina genuina, Venetiis 1746. Miſſ.
350 —— idem.
351 Pinguedo lucii piſcis.
332 —— Teſtudinis aquaticae americanae.
353 Knok-olie.
354 —— idem.
355 Azynen op verſcheide Planten getrokken / 8 ſtuks.
356 Kotoen olie.
357 Terebinthina ex inſula Chio.
358 Mel virginianum
359 Borax pinguis Indicus ex Pattena.
360 —— idem. —— —— ——
361 —— Communis.
362 Auripigmentum.
363 Coeruleum berolinenſ. varium ex ſoda hiſpan. parat.
364 Gumm. Laccae in granis.
365 Succinum vulgare.
366 —— —— idem.
367 —— —— flavum ſelectum.
368 —— —— rudius.
369 Succini Colophonia.
370 —— idem.
371 Maſtiche.
372 Tragacantha.

373 Copal.
374 Benzoinum.
375 Pulvis gummi Juniperi.
376 Lignum Sanctum.
377 ——— Sasfefras.
378 Ramuli Mezeraei Gallis Garron.
379 Saccharum lactis helveticum.
380 Liquor alcalin. ciner clavell. ab omni alieno purus.
381 Alcali fix. foſſ. ex nitro cubico.
382 —— —— alcaliſ. cryſtall.
383 Lixivium ſanguineo-alcalinum.
384 Arcanum duplicatum.
385 Pulvis ad cancrum.
386 Troch. de minio.
387 Æthiops plumierii ex calomel. & ſulph. aurat. antim.
388 Turbitum minerale.
389 Aes in ſpirit. alcal. vol. ſal. amm. ſol.
390 Cryſtalli veneris ammoniacal.
391 Aes ſpirit. ſal. amm. ſol.
392 Ens veneris ſol filtrat. evap. ſiccat.
393 Aes ex aqua fort. per martem excuſſum.
394 Cryſtalli aeruginis.
395 Ens veneris cum ſale amm. & foece vitriol. Hung. āā. Sublimat. & deinde diutiſſime digeſtum.
396 Vitriolum martis fact. purum
397 —— —— —— ex optimo chalybe cryſtall iij.
398 —— —— —— — —— —— — —— iij.
399 Martis tinctur. ex chalybe optim. ii. c̄tus.
400 Flos martis ammoniac.
401 ——— idem.
402 Crocus martis adſtringens.
403 Chalybs cum aceto praeparat.
404 ——— ——— trochiscat.
405 Pulvis Sympatheticus.
406 Amalgama ſtanni aceto ablut.
407 Sacchar. acet. ſtann. cum aceto parat.
408 Amalgama ſtann. cum triplo mercur. tritu ſicco pulveratum.
409 Stannum pulveriſatum.
410 Aurum muſivum.
411 Oleum citri poſt. aurum praecipitatum alcoh. ſol.
412 Auri platin adult. ex aq. reg. ſolut.
413 Aurum aq. reg. ſol.
414 ——— Zinco excuſſum.
415 ——— fulminans.
416 Crocus auri purpur. Caſſii.

417 Aurum ex aq. reg. per mercur. praecipit.
418 Pulviſculus auri de ſol. argent ſecedens.
419 Argentum puriſſ. ſol. aq. forte dilutum.
420 —— ———— ex aq. fort ſolut.
421 Argent. ex aq. fort per cuprum excuſſum.
422 Amalgam. argent pulvis
423 —— —— ablut. ex arbore Dianae Margraf.
424 Lapis infernalis ex argent. puro.
425 —— —— —— —— impuro.
426 Luna cornea.
427 Amalgama Zinci.
428 Flos Zinci.
429 Atramentum Sympatheticum.
430 Mercurius praecipitatus albus.
431 —— —— —— —— Londin.
432 —— —— 750 vice ab auro abſtractus.
433 —— —— praecipitat. ruber. nitens cohob.
434 —— —— —— —— —— aqua ablutus.
435 —— —— —— —— —— idem. ——
436 —— —— —— —— —— corallat. praecipitatus cum Spir. nitri undecies, cum alcohole ſemper novo ſepties deſtillatus, dein diu digeſtus.
437 Calx alba mercur. vitriol.
438 —— ex arbore Dianae.
439 Vitriol. de arbore Dianae.
440 Pulv. ex mater. arboris Dianae Marggraf cum aq. trit. natus.
441 Mercurius dulcis ſemel ſublimatus.
442 —— —— aq. fort ſolutio ſaturata unc. iij. dr. v.
443 —— —— ſtillatitius.
444 —— —— ex aq. ſol. dilut.
445 —— —— vit. correct. ablut.
446 —— —— dulcis 2 ad 9. ſublimatus.
447 Cryſtalli ſublim. corroſ. aq. excuſſ.
448 Cinnabaris factit.
449 —— —— —— bis. ſublimat.
450 —— —— —— in glebis.
451 —— —— antimonii.
452 —— —— —— —— bis. ſublim.
453 Reguli antimonii martiales No. XI. fuſione iterata parati.
454 —— —— —— vegetab. ſimpl. No. XII.
455 —— —— —— ex mercur. vitae reduct.
456 —— —— —— martial. 4ae fuſion. bis. cum alcali fixo foſſili fuſus utcunque malleabilis.
457 —— —— —— veget. altera vice fuſus cum alcali foſſil. & arena, unc. vj. dr. iij½.

458

458 Regul. ex croco antim. c. fluxu nigro.
459 Regulus antim ex croco antini iterum fuſus c. arena, & alcali foſſili.
460 —— —— ex calce antimonii aq. reg. ſoluti elixa, paratus cum alcal f. Tart. & pulv. carb.
461 —— ex croco antim. cum carb. & alcali fixo parat.
462 —— antim. ex calce ſimpl. c. alcali fix, & carb. ligu. par.
463 —— —— alchemiſtici cum marte parat.
464 —— —— & bismuthum colliquata.
465 —— —— ex croco metall. reduct. dein c. alcali fixo, & arena depur. & ſcor. reguli ex croco reduct. virides varii
465* Antimonium crud. arte factum.
466 Mercurius vitae igne fuſus ſine additamento.
467 Maſſa metallica facillimae fuſionis ſpeculis metallicis apta.
468 Regul. antim. medicinal.
469 —— metallorum.
470 Vitrum antimon. granatum.
471 Plumb. ex plumbo corneo reduct.
472 —— ex cinere reduct.
473 Vitrum ex plumb. aqua fort. ſol. ſale igne fuſo.
474 —— plumb. quadrupl.
475 —— —— idem.
476 Plumbum ex Lryhargyrio.
477 Regulus ex fecibus rectific. ſulphuris.

OLEA PRETIOSA.

Indica.

478 Oleum Borry Borry S. Curcumae Orientale, 1738
479 —— Berry Berry Orientale, 1738
480 —— Damerceta Orientale, ——
481 —— Coulit Lawan Orientale. —
482 —— Kinkinemalo Orientale. ——
483 —— Cynidok Orientale. ——
484 —— Bellis promont. Bonae Spei. ——
485 —— Myrti. —— —— —— ——
486 —— Cajapoëti genuinum, 1750
487 —— Canange fragrantisſimum Indicum.
488 —— Cortic. Arantiorum Guineenſe, 1769
489 —— preſſum Cortic. Arant. totum ſpiſſum, rubrum, vetuſtisſimum ex Curasſao.
490 —— preſſum Cort. Arantiorum curasſavicorum verum.
491 —— —— C. Arant. Curaſ. genuinum anno 1772. Cl. Defuncto e Curasſao misſum.

492

492 Oleum Limon poeroet. Orientale, 1738
493 ——— e ligno Santali Citrini fragrantiſſimum Orientale.
494 ——— Camphorae ex radice arboris Cinnamomiferae Zeylanenenſis, 1738
495 ——— Still. Cort. Arant. Curasſavicorum, quod expresſione paratum mora in ſalem concrevit. vide Adverſaria Cl. Defuncti Cap. 2.
496 ——— Still. potius Butyrum Roſae Syracenſis Perſicae vetuſtiſſimum ab anno 1665. vide Adverſ. Cl. Defunct. 2dae edition. p. 50. in nota *
497 ——— preſſum Ricini ſive Palmae Chriſti; vel Cataputiae, Surinami vocant Carpat Olie.

OLEA ESSENTIALIA,

a Riegero ad Cl. Defunct. ex Penſilvania miſſa.

498 Oleum Still. Meliſſae.
499 ——— ——— Botryos, bis. 1752
500 ——— ——— Polii Montani.
501 ——— ——— Cortic. Radicis Sasſafras.
502 ——— ——— Pulegii ſive Calamenthae vulgaris.

OLEA ESSENTIALIA,

a Cl. Defuncto ipſo parata, genuina.

503 Oleum Caryophyll. arom. Still., unc. III½.
504 ——— Still. ligni Sasſafras, unc. IV. dr. VI.
505 ——— ——— frond. rec. Sabinae, unc. iij. dr. iij.
506 ——— ——— ——— ——— Thuyae vel arboris vitae, unc. iij. dr. iij.
507 ——— ——— nucis aromaticae, dr. VII.
508 ——— ——— Rosmar. fol. 1747., unc. j.
509 ——— ——— Piperis nigri 1770., dr. IX.
510 ——— ——— Lauri fol., unc. j.
511 ——— ——— frond. recent. Sabinae, unc. iij. dr. ij.
512 ——— ——— Sem. Foeniculi 1745., unc. iij. dr. iij.
513 ——— ——— ——— Cumini 1767., unc. ij. dr. IX½.
514 ——— ——— baccar. Juniperi 1738., unc. j. dr. ij.
515 ——— ——— fl. Lavandulae 1767., unc. j. dr. VI.
516 ——— ——— fol. Menthae 1740., dr. XI.
517 ——— ——— ——— ——— 1747., dr. VI½.
518 ——— ——— Cortic. Citri 1747., dr. VII.
519 ——— ——— rad. Calami arom. 1740. —

520

520 Oleum Still. flor. arantiae mali, 1740 dr. VII.
521 ——— Spiſſum, vel Butyrum nucis aromaticae volatile.
522 ——— Still. Cortic. Cinnami 1747, dr. IV. gran. VI.
523 ——— ——— ——— ——— 1760
524 ——— ——— baccarum Juniperi, 1735
525 ——— ——— ——— ——— idem.
526 ——— ——— ——— ——— 1736
527 ——— ——— Balſami Canadenſis, unc. iij. dr. j.
528 Camphora Sericea, & Cryſtallina, ex Mentha Piperitide noſtrate, deſtillando acquiſita.

OLEA EMPYREUMATICA,

a Cl. Defuncto parata.

529 Oleum cerae rectificatum, unc. V. dr. VI. bis. unc. V. dr. VI.
530 ——— Succini rectificatum unc. V. dr. IV.
531 ——— Ligni Guajacii cum aquâ rectificatum una vice.
532 ——— ——— ——— ——— ——— iterum rectific. longe limpidius.
533 ——— Tartari albi cum aqua rectific.
534 ——— Cornu Cervi ſaepius rectificatum, No. 1. 1772
535 ——— ——— ——— ——— ——— ——— No. 2. 1772
536 ——— ——— ——— a Tieboelio Pharmacopoeo Groningano anno 1768. transmisſum, quod ſuis lagenulis incluſum, & obthuratum, & nunquam aëri libero expoſitum, ſuo nigrore monſtrat, methodum illius limpidi conſervandi, in actis Societ. Harlem. memoratum, non reſpondere promiſſo.
537 ——— Still. Sem. Sinapis multoties rectific. No. 1.
538 ——— ——— ——— ——— cum aqua Calcis rectific. No. 2.
539 ——— animale Dippelii a Tieboelio ad Cl. Defunctum transmisſum, 1768

LAPIDES ET CONCRETA.

Maxime ex regno Animali, aliaque plura.

540 Lapis Bezoar orientalis ponderans dr. IV. gr. XX. obſcure olivini coloris, diſtractus, totus cruſtis concentricis concretus: pro meditullio fuit faba vel nucula oblonga rotunda, etiamnum integra, circum quam concretio facta eſt, quae ſeorſim chartulae involuta adjacet.
541 ——— ——— ——— ——— ——— gr. 47. optimae notae.

542 Lapis Bezoar orientalis obſcure olivini coloris optimae notae ponder. gr. 42.
543 ——— ——— orientalis, praegrandis, optimae notae, ex olivino fuſcus, manifeſte bracteatus, ponderans unc. j. drachm. vi½.
544 Lapidis Bezoar orientalis fragmenta.
545 Lapilli duo Bezoar oriental. ſpurii, factitii, quibus fraudulenti lucripetae facile imperitis imponere ſolent.
546 Lapides duo Bezoar orient. genuini, optimae notae, alter colore ſubfuſco ponderis drach. iv. ſcrup. ß. alter olivinus minor ſcrup. ii. ponderans.
547 Lapis Bezoar orientalis puniceus uti caloris, ita figurae perquam ſingularis ac inuſitatae ponder. drach. iij.
548 Lapillus Bezoar orientalis ex cinereo reſplendens ſingularisſimus ponder. ſcrup j.
549 Lapides Bezoar occidentales ſeu Cormandel dicti tres, compoſitionem ſuam ex lamellis orbicularibus ſibi mutuo adpoſitis oſtendentes.
550 Lapis Bezoar ex America Hiſpanorum, ingens, verſicolor, lamellis concentricis natus, uti docet exterior cruſta rudi alliſione decuſſa.
551 Lapis porcinus ceylanenſis praegrandis piloſus ex ventriculo apri ſylveſtris ſeu potius hiſtricis v. Alb. Seb. Theſ. tom. ii. tab. 113.
552 ——— idem, idem.
553 ——— idem, minor.
554 Tres Lapides porcini ceylanenſes piloſi.
555 Calculus piloſus ex ventriculo ſimiae; pili nucem pro baſi intus habent.
556 Pila piloſa e ventriculo vituli noſtratis protracta, in modum Aegagropilarum coalita.
557 Pilae piloſae duae, altera mollior ex ventriculis cornigerorum inſulae Ceylan protractae.
558 Aegagropila pilis tenuisſimis compactis ex Helvetia.
559 ——————— ſ. lapis piloſus incerti animalis ex inſula Ceylon.
560 Lapis Porcinus ceylanenſis, mollior cruſta denſiore ac levi pro more non obductus, at optimae tamen notae, ſaporis amari, aromatici facillime evolvendi: diceres ex ſubtilisſima corticum, aut lignorum veluti raſura coaluiſſe.
561 Lapides Serpentum. No. vi. veneni per morſum communicati magnetes potentisſimi habiti.
562 Calculi variae figurae, quos de partibus naturalibus mulieris ſummos dolores perpeſſae tum natura protruſit, tum chirurgus extraxit. Caſus deſcriptus extat in Actis Haerlemenſibus.

563

563 Materies cretacea, cujus ingentem copiam quotidie cum urinis per multos annos excrevit mulier, ceterum ſatis ſana, ac vegeta.

564 Calculus urinae ex Veſica Equi ponderis dragm XII. fere, glaberrimus, flaveſcens, an potius ex hominis veſica protractum a Lithotomo dicam? utraque profecto plana ſuperficie oſtendit impreſſiones velut a Tenaculo factas.

565 ——— urinarius ex veſica humana perquam ſingularis.

566 Calculi urinarii humani plurimi omnivarii, majores, ac minores ex Muſeo Lithotomi celeberrimi.

567 Calculus ſtalactites de rene equi poſt mortem protractus.

568 ——— felleus tigridis ex Indiis oriental.

569 Calculi fellei humani, vide caſum, quo cum excrementis ano expulſi ſunt in Actis Soc. Bat. Roterod. a Medico Hagano Cl. Joriſſen deſcriptum.

570 ——— fellei ex veſiculis felleis boum extracti, friabiles, leves per orbes concentricos in modum urinae calculorum concreti, diverſae figurae, coloris fuſci aut flavidi.

571 ——— fellei minores in veſicula fellea bovis morbo extincti, inventi aureo ſplendore velut pyritis ſulphuris ſimiles.

572 ——— in placenta uterina vaccae inventi.

573 ——— lactei, qui intra duplicaturam meſenterii in vaccae ventre inventi ſunt menſe Novembri 1765

574 Glebulae calcis Arthriticae, quas de tophis articulorum excrevit vir, & podagra, & urinae calculo a multis annis ex haereditate laborans.

575 Calculus enormis cretacea materie conſtans pro nucleo monſtrans ingentem plumbi maſſulam, cui circumadcrevit, e corpore bubali protractus.

576 Margaritulae minores, ſed genuinae.

577 Margaritae Sinenſes, uti ex China in Ruſſiam a mercatoribus deportantur venales, videntur factitiae eſſe, forſan ex matre perlarum confectae.

578 ——— Scoticae majores minores, intus cavae ſunt, aut molliore materie plenae.

579 Calculus in Aſello minore, qui Schelviſch audit, inventus.

580 Lapides cancrorum genuini.

581 Lapilli. S. Petri dicti. vid. Th Klein de Piſcium lapillis.

582 Lapillus, qui organum auditus piſcis cujusdam Braſilienſis.

583 Calculi cyprini piſcis.

584 Varia piſcium oſſicula.

585 Caſtoreum optimae notae, & hujus ſacculus cui Penis animalis etiamnum adnatus cernitur.

586 Moſchi optimi burſula fragrantisſimi odoris incorrupta ex Indiis allata.

587 Mumiae verae veterum particulae quaedam.

588 ——— —— Perſicae particula, quam ſibi ex Perſia transmiſſam teſtatus Archiater Imperatricis Ruſſorum ill. Sanches defuncto miſit.

589 ——— manus duae, & maxillae inferioris pars.

590 Pilulae oblongae, auro obvolutae, prout inter Chinenſes parari ſolent.

591 Lapis de Goa, vulgo **Cordiaalſteen**, integer, & pars aliqua.

592 Paſtilli Medicinales varii, ut a Chinenſibus parantur.

593 Gluten Chinenſe, qua aqua depurato, ac variis pigmentis infecto, verſicolores gelatinae parantur.

594 Uo Kiao Chinenſium, placenta velut gummea aut glutinoſa quae paratur ex pella aſinorum ſinenſium, remedium potentisſimum adverſus haemorrhagias.

595 Saponis Hieroſolymitani genuini placentae, impreſſo ſigno notatae.

596 Paſtilli manſiles Indorum ex Catchoe parati moſcho infecti.

597 Candelae fumales ad aërem vapore aromatico corrigendum.

598 Pulvis ſubtilisſimus, ſuaveolens, ad lavandas manus in Indiis apud opulentos uſitatus.

599 Pollen priori ſimilis ſinegmaticus, odoratus Perſis, & Arabibus ad lavandum uſitatus, Abier vocatus.

600 Trochiſculi Japonici, quibus utantur interne, ſicubi ex Ictibus magna contuſio homini illata eſt.

601 Lapis purgans, quo utuntur in Japonia ad menſes provocandos.

Een VERZAMELING van zeer veele *Torren*, *Cappellen*, *Sprinkhanen* en andere *Inſecten*, zo Inals Uitlandſche, waar onder die zeer raar zyn, in een Cabinet met 58 Laden, het welk in 't geheel in eens zal verkogt worden.

Eenige Dozen met verſcheide *Inſecten*.

Anato-

Anatomiſche, Chirurgiſche, Chymiſche en Phyſiſche Inſtrumenten, en andere Rarityten.

1 Een Chirurgicaal Etui, waar in van Zilver zyn, twee holle Sondes, een Vrouwe Catheter en een kokertje voor de Lapis infernalis.
2 —— Anatomisch Etui.
3 —— Rook-Kliſteer-Inſtrument, door Schaeffer.
4 —— dito door de Profr. Gaubius, zie de Afbeelding en Beſchryving in de Adverſaria.
5 —— dito, door de Hr. Grunelius.
6 Twee Hefbomen van Roonhuizen.
7 Een Tire-tête van Radlauw.
8 —— yzere Conductor tot de Lithotomia.
9 Eenige Anatomiſche Meſſen en Pincetten.
10 Een dubbelde kromme Zaag.
11 Drie Spuitjes van Yvoor.
12 Twee Kopere Spuiten.
13 Een party Bougies, waar onder enige hol zyn.
14 —— —— —— van Loot.
15 —— Doos met Artificieele Oogen, welke by Koopjes zullen verkogt werden.
16 Eenige Artificieele Medicinale Magneten.
17 Een Glaze Chirurgicale Spuit.
18 —— Inſtrument voor een Navelbreuk.
19 —— Hout Mesje, en in Was geboutzeerde Inſtrumentjes tot 't ligten der Oogen, zynde de Modellen ſo als die in 't Zilver worden gemaakt, na de uitvinding van Richius.
20 —— kopere Furnus Chemicus met een Diſtilleerkeetel en Helm, en een Balneum Maris.
21 —— yſere Furnus Chemicus.
22 —— Digeſtor Papinianus.
23 —— glaze Mortier, met drie Stampers.
24 —— fleſſe Kelder, met negen fleſſen.
25 —— dito, met zes fleſſen.
26 —— —— vier fleſſen.
27 Drie glaze Retorten.
28 Twee glaze Cucurbitae met een Helm.
29 Een glaze Phiool.
30 Vier glaze Tregters.
31 —— dito.

32 Vier glaze Tregters.
33 —— dito.
34 Tien glazen voor Inſecten.
35 Agt dito wat groter.
36 Zeven dito. ——
37 Vyf dito. ——
38 Drie dito, zeer grote.
39 Ses Cylindriſche Glazen voor Chemiſche Experimenten.
40 — dito.
41 — dito.
42 Seeven dito.
43 Agt dito, wat groter.
44 Vyf dito.
45 —— dito.
46 Seeven glazen om Poeders te bewaren.
47 Tien Cryſtalle Fleſſen met Stopzels.
48 Ses dito, wat groter.
49 —— —— nog groter.
50 Vyf —— nog groter.
51 Ses Ova Philoſophica met Stopzels.
52 Vyf dito,
53 Ses kleine Phiolen met glaze Stopzels.
54 Negen Bologneeſche fleſſen.
55 Agt dito.
56 Vier Campanulae.
57 Een glaze Mortier met twee Stampers.
58 Ses Fleſſen van diverſe grote.
59 Een party Chemicale glazen.
60 XXV. Cupellae docimaſticae van witte aarde.
61 VIII. dito van roode aarde.
62 Verſcheide Crucibuli.
63 —— —— Modellen en Gereedſchap, tot het maken van Cupellen.
64 Een nieuwe Kopere Vorm tot het gieten van de Lapis Infernalis.
65 —— aarde Muffel.
66 —— Blaaslamp met een Eolipila.
67 Twee Kopere langwerpige Bakjes.
68 Een Doos om Loot en Tin te granuleeren.
69 Tubi van glas om by de Deſtillatie van Tartarus te gebruiken.
70 Een dubbelde Schroefpers Stamperbak, enz.
71 Houte-, Lode- en Blikkekokers met Dekzels.
72 Een Poculum Antimoniale.
73 Twee Globes van 12 duim Diameter, door Blaauw.

74

74 Een blikke Studeerlamp met een kopere Pyp en Veer op een gedraaide voet.
75 —— Electriſeer Machine met zyn toebehoren in een Kistje door Neupert.
76 —— Hydroſtatice Adjuſteer balans in een glaze Kast met twee Laden.
77 —— dito zonder Kast, op een Houte voet.
78 Vier Kistjes met Goud-gewigten.
79 Een Koper Bakje met allerley Gewigten.
80 —— Mandtje met zeven gemonteerde Magneet-ſteenen.
81 —— Aſtronomisch en Geometrisch Quadrant, door Voogd.
82 Verſcheide glaze Pypen en Inſtrumenten, daar onder een holle Lugtledige Phoſphoriſche Cylinder.
83 Twee glaze Hygrometers, en een glaze Inſtrument, om de ſwaarte der Vogten te beproeven.
84 Drie Barometers.
85 —— Thermometers.
86 Vier dito.
87 Thermometer volgens Wachendorff, Farenheit en Reaumur in een Kasje.
88 Drie zak-Thermometers, in Kokertjes.
89 Een Doos met verſcheide Verrekykers.
90 —— zeer fraai Microscoop met een metale Reflectie-Spiegel, en koper Inſtrument om den omloop van het bloed te zien, en verder toebehoren, Objecten en Preparatien, gemaakt door Lieberkuhn.
91 —— dito Miscroscoop met zyn toeſtel en al zyn toebehoren, door Muſchenbroek in een rood verlakt Kistje.
92 —— hand Miscroscoop, door de Poilly.
93 —— Doos met zeer veele Miscrospia, en andere Glazen.
94 —— dito, dito.
95 —— dito, dito.
96 —— dito, dito.
97 —— Doos met verſcheide kunst-Inſtrumenten.
98 —— Acus Probatorius.
99 —— Koker met kunst-Zeilſtalen.
100 — Chineesch Buitelaartje.
101 — ———— Balans en Gewigt.
102 — klein Orgeltje.
103 Verſcheide Meſſen en Inſtrumenten.
104 Een Snaphaan.
105 Twee Piſtolen.
106 Hundert-Jaehriger Taffel-Calender über das 18t. Seculum, op Doek opgeplakt.
107 Getallen-Kring, opgeplakt.

108 Calendarium Romanorum, opgeplakt.
109 Eeuwigdurende Almanak op Koper geſneden in een Lyst, met een Glas 'er voor.
110 Een Notebome Kabinet met Glazen en Laden voor de Anatomiſche Praeparatien.
111 — eykenhoute Kast met Deuren, en van agteren beſchoten.
112 — geverwde Kast met Deuren en Beſchot.
113 — zeer grote eykenhoute Kast van boven met geſlepene Spiegelglazen, en met 28 Laden van onderen.
114 — Kabinetje van Arabisch hout achtkantig van boven, en van voren met Glas, en onder drie Laden.
115 — Tafel met Laden en Deuren daar voor.

VA11520197

Digitized by Google

BIBL